de bono me faciat uestrae prosperitatis adtolli;

ENNODIUS SYMMACHO · MISSA PER IPSUM URSUM ·

Ex desideriis scripta uix creditur inpatiens (impatiens) rigidioris
praecepti diligentia, non iugiter dignum facit repre
hensione quod libenter est. Redditur saepe amabilior depre
catu; cum per effrenationem sortitur genium plus pla
cendi. Nam delictum suum quodam ipsius praesumptionis
melle commendat. Ego ad praephatione (praefatione) me tueor, quia
ad epistolas primus adspiro. refert hypotesfacere celsitudinis
uestrae si sustinere eligetis garrulum, non tacere, et de ore
generio Symmachiani fontis lacte me pascere; licet
in xpo nostro, Romanae gentis nobilitas, et me iam ut
clientem et famulum propriorum et naturae luce dignare;

ENNODIUS · AGNELLO ·

Pro uoto meo produxistis epistolam, dum res
nulla fuscatus nube purgatis felicissima defen
sionis sorte adsumus innocentiae, et de astro semper
homine per se splendentibus usum in uocis inpondimus,
facile eius lucem quippe et adfirmas. Nec deest sermo
qui commodetur absolutis, sic de caballo promisso proces
sistis affectibus, quasi uobis aliquando obscena mentio di
fuisset adfectio. Uere per animam meam facilius sacros
crederem labi in hanc foueam posse pontifices, ut iam
maturos nesciunt, nisi quos prime (primaeuos) iuus imbuerint. Insti
tutio in hominibus noua non germinat, quicquid in prio
ribus nostris est, et sequitur et praecessit. proinde
ualete ostrum litteraris eloquii, et mihi uicissitudine
amando restituite, illud prouidentes, ut pro compensa
tione tarditatis, dignus mihi munere uestro
equo (equus) succurrat.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0339